

*riae*, quae est terra *Ruthenorum* illis vicina, quod eis mitteret Sacerdotem, qui ipsis Baptisum conferret. Qui respondit: *Non meum est hoc facere, sed PAPAE ROMANI*: prope enim est tempus, quo omnes Fidem Ecclesiae Romanae debemus suscipere, et eius obedientiae subiugari.

## E X P L I C I T.

Haec haecenus. Iam Solemnia Magistrorum Philosophiae et Artium creandorum inaugurandorumque indicimus. Tribuemus honores nostros studiosis Artium XII. quorum doctrinam, atque profectus in litteris non contemnendos, legitimis tentaminibus cognouimus. Eorum haec sunt nomina:

CAROLVS CHRISTOPHORVS NESTLER,  
WEINBOELA MISNICVS.

GOTTLOB BENEDICTVS HOFMANN,  
WITTEBERGA SAXO.

ERASMVS ANTONIVS SCHINDLER,  
SCHNEEBERGENSIS.

CHRISTIANVS IACOBVS SCHWARTZ,  
TILSA PRVSSVS.

IOANNES GOTHELF HERMANN,  
CHEMNICENSIS, MEDIC. BACCAL.

GEORGIVS DIETERICVS HARTWIG, et  
FRANCISCVS GOTTHOLD HARTWIG,  
GROSHARTMANSDORFIO MISNICI.

GODOFREDVS TRAVGOTT KOSCH,  
LAYBA LVSATVS.